Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Disputationum phylosophicorum pars III. s. physica particularis - Cod. Ettenheim-Münster 229

Archert, Ignatius Ioannus Franc.

[s.l.], 1730

Disputatio 7a

urn:nbn:de:bsz:31-120397

Visual Library

Disputatio 4a
De
Meteoris

Numerus 1us. Meteora sic dicuntur à graeco verbo μετέωρον, quod idem significat ac editum, sublime. Sive quod meteora ex editis sursum elevatis locis in coelo generantur aut [illegible], sive quod magna et magnitudine in sublimibus producuntur. Dividuntur meteora in hypostatica et emphatica. Hypostatica dicuntur, quae realiter sunt quod esse videntur. Talia sunt ex. gr. pluvia, nubes, nebula. Emphatica dicuntur, quae realiter non sunt quod esse videntur, qualia sunt parhelia, halones, irides, etc. Hypostatica dividuntur in ignea, aquea, terrea, aerea; praeterea emphatica sunt. De his omnibus in sequentibus aliis agemus [illegible].

Articulus 1us
De
Meteoris Aereis.

Numerus 1us. Meteora aerea dicuntur varia phenomena, quae non tam ex aere quam in aere fiunt, uti sunt nubes, nebula, pluvia, grando, nix, venti, halones, parhelia, irides.

Numerus 2us. Quaeritur quid sint nubes et pluvia. Resp. nubes est opaca congeries vaporum in alta aeris regione suspensa, maxime [illegible] ex aquea, in bullas et vapores resoluta, quae [illegible] [illegible] penetrabilia ipsa resolutione particularum apparent. Suspendi [illegible] [illegible] vaporum dicunt alii [illegible] heterogenea [illegible] [illegible]. Causa suspensionis nubium est aequalis [illegible] gravitas cum ea parte aeris, in qua consistunt. Pluvia est nubes in aquam soluta et guttatim decidens. Causa solutionis est frigus, quo mediante vapores [illegible], et gravitate [illegible] prevalente descendunt, possunt etiam vapores coire in aquas, [illegible] ob nimiam copiam quod minimae alii aliis [illegible] superveniunt, ob impetum ventorum a quibus coarctantur. Ad pluvias pertinet pluvia, [illegible] et nimbi. [illegible] est pluvia per guttas minutas cadens causa [illegible] [illegible] frigoris [illegible] [illegible] nubibus. Hinc qui per mediam nubem in praealtis montibus transeunt, minutam quandam pluviam [illegible].

Imber est pluvia plenioribus guttis decidens. nimbus est pluvia grandibus
et decumanis guttis confestim proruens. sub frigido (?) dicit quod tota
nubes solvitur, et vapor omnis simul celeriter decidit. inter pluviarum prodroma
recensentur. 1o quod pallet Sol et Luna, est enim hic pallor ex
vapore intermedio; 2o si mane rubeat Coelum, quod vapores denotat
oriente Sole. 3o si nubes ascendat, impediat et nivem pluviamve
mox; 4o si nubes velociter moveantur, indicat enim hic agitationem
ventorum dominium. 5o si nubes in montium cacuminibus haereant,
quod eorum frigora facile vapores condensant. 6o si muscae et culices
acrius mordeant. Ab his enim et aliqui volunt ab ambiente frigore
intendi, et inde fame premunt. 7o si ranae impensius coaxent,
quod copia vaporum eorum copia [illegible] denotet. 8. si hirundines
depressiore volatu terram radunt. quod [illegible] praevius, et muscas
enim circa ipsam tunc superficie volant, aere humidiore alas earum
gravante. 9o si anates aut anseres solito frequentius se lavant,
quod tunc jam in aere vapores sentiunt humoris [illegible], quo
cruentum delectantur. 10o si formicae ova sua (?) [illegible], quod illis
contrarius est omnis humor. 11) si venit podagra, quod pedes ad-
venientibus vapor infestat. 12. si sudant parietes et fenestrae
13 si fumus in caminis reprimatur. 14. si sal in vasis liquescat
ob ambientem humorem.

Quaer. 2o Quid fit nebula, nix, grando? R. nebula ab aere [illegible]. Num quis.
ergo dicitur; incrementum vero ad resolutam in pluviam, eis enim
[illegible] tenuiora, distinctum tum pluvia frigore ipsas
pluvias [illegible] densantur. Ejus distincta alia tamen sequitur et nebula
quae fit ex copia grossiorum vaporum, qui e locis [illegible] paludosis
et uliginosis ascendunt, et quod ob spissitudinem suam [illegible]
statim [illegible] ipsa terrae aut aquarum superficie altius
elevari [illegible]. Nix fere semper eadem est, quae [illegible]
nubes incipit in tenues guttulas resolvi, si accedat his frigus intensum,
et absque [illegible] auxilio, ex nitro vel alio simili [illegible] commixto
concrescunt et congelantur: ex his porro concretis guttulis tenuiter sibi
mutuo adhaerentibus flocci nivis colligunt ac decidunt. [illegible], quae

in floccis cavis e constans nix, cum diversa communiter varia conjuncta: et aucta feruntur particulas, unde mane conentur e q. dicit Cartes. nempe flocos nivis semper cadere in sua figura sex anguli. grandinem ex nive fieri apparet in dies eiq. nileg. opacq. et albg. Illi e nix: Solet autem sic generari; dum nive fleta nubes altior est, et in rigore incipit, Iddes guttula congelant, qo hoc ex parte atq. nivem coeunt. quas ubi frigidior aura excipit, mox concrescunt in glaciem a potiori calore; etiam globi fere accedente, qo habitum sphaericum palam sentit in grandine. quas palam unde vulgo Schlossen annumerat, ex eo oriri fit: quod turbo ille frigidus: qui aquam pluviam in grandinem cogit: qq terram venit, et hydri [illegible] cum calore vaporibus in aethere vehit.

Quaeritur de sub. ros, pruina. Ventg. R. ros e vapor tenuis et subtilis, qui vespertino a terra elevatus et deinde noctis frigore in commutatur guttulas matutino tempore forme in terram decidit, qo si frigus sit intensius, ut guttulas rorem congerent, fit pruina et ipsum nivis refert. generatur ros et pruina noctibus plerumq. serenis, qo vapores illi tenues ipse nubila [illegible] ascendunt, e a ventis dissipant. pruina floribus [illegible] a, quos febribus sui nitrosis adfert et statim [illegible] cogit. Venti [illegible] ab experientia notis e quod [illegible] de his ratione Regius [illegible] dicunt: qo [illegible] de Thesauris suis. Ventus aliquo [illegible] aere [illegible] ab experientia hic dum Aeolus apertis [illegible] sola eius [illegible] ventg. [illegible] follis [illegible] agitantis [illegible] ventg. mare ventorum plerumq. [illegible] exhalationes calidae et siccae in aere [illegible]; hinc patet [illegible] venti a [illegible] sint tam vehementes, ut etiam [illegible] arbores [illegible] venti a [illegible] in [illegible] aeris regione hinc [illegible]

Nunc 5 m.

in occidentum pergebat ubi notavit ex mari occidentali velociores spirare ventos. Europa namque optime convenit zona ultra oceanum Atlanticum esse; quia enim validiores venti aliam [illegible] ubi [illegible] qui exhalationes calidas et siccas. Quando aliqui venti sunt etiam humidi, nisi quod terra sub initium veris, post resolutas nives excrescentes humores colligit, multos quidem vapores aqueos exhalationibus permixtos, qui facile rarefieri et cum exhalationibus aere hinc atque agitari possunt, unde in fluminum ostia effluentes spirant etiam tractu [illegible] coelo, et in oceano ubi maior est vaporum copia vehementiores sunt venti. Causa autem ventorum potest esse varia, nam causa ventorum non raro sunt angeli tam boni quam mali, id quod colligitur ex eo, quod in aliqua ob causam angeli dicti aeriae potestates. Ac quod saepius ministerio bonorum angelorum ad poenas communitatum avertuntur et adveniunt venti, nec non et pluviae. 2a causa ventorum sunt astra, praecipue sol, qui calore aerem ac vapores rarefacit. 3a causa ventorum sunt ignes subterranei, quorum ope vapores rarefacti maxime cum impetu e montium cavernis erumpunt. 4a causa ventorum sunt liquores montani, nimirum qui salinis, nitrosis et flatulentis spiritibus abundant. Divisio ventorum est haec: juxta quatuor mundi cardines quatuor primarios assignant ventos cardinales, quorum 1us Eurus seu Subsolanus qui flat ab oriente, 2us est Auster seu Notus qui spirat a meridie. 3us est Zephyrus seu Favonius qui flat ab occidente. 4us est Boreas seu aquilo qui furit a septentrione. Quos omnes duobus versibus poeta breviter complexus est.

A summo Boreas, Notus imo spirat olympo
Occasum insedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu

Utilitas ventorum consistit in his: 1o purgant aerem, et pestiferas [illegible] [illegible] vi absumunt. 2o ad [illegible] [illegible] calorem, 3o frigus [illegible] glaciem [illegible] 4o [illegible] [illegible]

in mari jam vehant. terram nimio imbre tumefactam nobis
indicant. Eo maritima commovent commercia pellendo naves.

Num: 6.

Quaeritur Quid sit Halo. Quid Iris. Quid parelion. Resp. Halo est fulgor debilior, albus vel roseo subpallidus, qui sydus aliquod velut Corona cingere solet, unde et Corona vocari solet. In multis differt ab Iride, nisi quod perennis unius coloris sit, crebrius apparet circa Lunam. Fit in nube rorida quae necdum in aquas pluviales coijt, unde adhuc sublimiorem regionem vaporosam [illegible] sphaera multo agilius radijs suis penetrare possunt. Iris est arcus multicolor in nube rorida et opaca a Solis radijs expressus. Colores iridis praecipui sunt puniceus seu croceus, in parte arcus convexa, [illegible] in Concava, viridis medius est. Quaeritur an sint veri hi Colores aut stabiles, sed tantum apparentes, adeoque a lumine varie refracto et reflexo. Iris divinae clementiae symbolum est quod arcum absque sagitta. tenere enim videtur Deus nempe arcum, sine [illegible] nempe sagitta. Signum item foederis est hominibus inter et Deum, significat enim ea in posterum diluvio aquarum non futurum orbi defuturum. Sic olim publice ipse clementiae Deus signo dixit ad Noe arcum meum ponam in nubibus, et erit signum foederis mei vobiscum. etc. et non erunt ultra aquae diluvii. genes. 9.

Parelion est Imago Solis in nube velut in speculo expressa, fit autem, cum ad latera vel ex opposito Solis nubes rorida consistit, quae ex parte Soli obversa sit densior, ex tergo autem opaca, unde speculi instar Solis species potest reflectere, in hac enim densi nube Solis imago cum Sol alter velut in speculo videtur, quemadmodum ante plura specula uno posita objecto, ut uno eodemque loco, similis in singulis speculis repraesentatur. Sic etiam Sol, plures similes nubes roridas circa se et ab ipsis aequare dispositas implent sua imagine ubi spectanda exhibere possunt duos vel plures soles, Contubernales vero similes Soles. Similes et simul apparuisse dicebantur.

Articulus 2us
De
Meteoris Aqueis

Quaeritur 1° Quid et quotuplex sit mare. R. mare est communis aquarum con- Num. 1us.
gregatio et ejusdem collectio. Hidrographi communiter hanc aquarum
congregationem in septem partes maria partiri solent, quae sunt,
oceanus seu mare magnum, mare Balticum, mare Mediterraneum,
pontus Euxinus, mare caspium, mare rubrum, et sinus persicus

Quaeritur 2o Quaenam sit causa salsedinis marinae. R. 1a causa salsedinis Num. 2us.
marinae multa copia est ex exhalationibus terrestribus et adustionis copia,
in mari contenta. 2a causa multa eadem copia est ardor solis
qui dum aquam marinam mixtam excoquit, fit ut id quod in ea
tenue ac subtile est, magna parte evaporet, adustum autem
fuit, unde terrestre, quod gravius remanet. Huic ait Aristoteles
salsedinis, nempe a permixtione humidi et sicci, et a mala adusta,
aut prole solis excocta, ut patet in sanguinis, sudore,
lachrimis etc. 3a causa est quod in profundissimo fundo maris sunt
amplissimi montes salis fossiles, prout extant in superficie
terrae unde sal effoditur ita complures montes, salsisque
cavernae et minerae aquarum alveorum hanc acrimoniam
contrahit mare in oceani fundo latente 4a causa est valde
probabilis est Deus, qui id in ipso mundi primordio, salsedinem aliquam
marinis indidit, ut ad aquas maris a putredine servandas tum
ad nutrimenda ingentis squamigeri gregis copiam

Quaeritur 3o Quid et unde sit aestus maris. R. aestus maris seu fluxus
et refluxus oceani est motus ille maris celeberrimus, quo Num. 3us.
statis diebus agitatione reciproca mare fluit ac refluit nunc
accedendo ad littora, nunc ab iisdem recedendo omnis et ipso
aequoris medio sinu intumescendo, nunc iterum detumescendo. Agit
mare motu periodico, 1o periodo diurno, quo bis singulis
diebus aqua affluit et defluit, ...

Quadrante. Dantur denique 3 periodi, quarum 1a periodus menstrua est, qua in cuiusvis mensis noviluniis ac pleniluniis Oceanus tumidius solet aestuare. 2a denique periodus est annua, quae observatur, circa aequinoctia seu verno et autumno mensibus est maior, circa solstitia vero seu aestate ac hieme incidentibus minor est maris aestus. Quando sit porro causa aestus marini, adeo incerta est ut aliis in meteoris nam hic difficilis inveniunt reperianturque et pauci, qui indagandae huius aestus causae velint esse immortuum. Unde minime mirum videri debet, quod diversis de causis aestum marinum variis excogitatis hypothesibus tribuunt quidem de facto communiter Lunae; ita ex una parte plena spiritibus nitrosis, salsuginosis, sulphureis et mercurialibus ad vicendas fermentationes, variumque oceani incrementum et decrementum, in maxime aptis abundat, ex altera parte vero manifesta docet experientia, Lunam esse magne dominari in corpora humida et spirituosa ut adeo valde probabile sit, quod Luna per suum proprium influxum oceanum vehementer commoveat, turbet ac excitet, id quod esse magne probari potest ex analogia aestus marini cum Luna periodo prima 1o aestus marini, qui solet audire, cuius in partibus maris Luna directe opposita; Luna ad meridianum accedente incipit intumescere per senas admodum horas, et eadem Luna a meridiano decedente, incipit mare detumescere per senas horas. 2 diebus singulis mare eundem mensem Lunarem tribus circiter hora quadrantibus aestus inditur tarius. Sicut Luna tribus circiter hora quadrantibus tardius oritur tardius. 4 aestus maris est in pleniluniis et novilunijs.

Unius maris competit Lunae dum in aliis effectibus cum mare conveniat quotidie. 4to ut ac detumescit. Sicut Luna bis quotidie ad meridianum accedit et recedit. Verum omnis haec ut videtur probl[ema] non plene satisfacit, 1o quia non est ratio, cur Luna non eodem modo afficeret reliqua flumina ut aestum, deprehenderunt in oceano. 2o quibus accedendo 3o diversi aliique ovis impetu circa contrarium generum confusionem aut contradictionem diversum abundant probabiliter inveniuntur ex his exemplis. Ob has igitur aliasque rationes complures

ad Creationis patre Rictorio ingenue fateor nullam sententiam
hucusque excogitatam esse, quae plene satisfecerit

Quaestio unde proveniat virtus thermarum. Observatio thermarum Num: 10us.
virtute discutiendum est ad propositionem sicut de salsedine maris.
Si enim canales subterranei per quos aqua transit, sulphure et nitro
abundat, thermae nascuntur sulphureae. Si ferro per salnitrum transi-
erit meatque etiam thermae sale scatebunt. Ad hoc porro ut aquae
subterraneae eorum locorum per quae transeunt virtutem acquirant
in parte venit earundem aquarum calor. Ipsa aqua calida multo
facilius dissolvit quam frigida, sic ea [illegible] unde thermae sint
calidae. Non est ratio aliqua quod calorem illum provenire ab ignibus sub-
terraneis, neque obstat huic opinioni quod alicubi viae aliquot
passuum intervallo sint fontes omnino contrariae qualitatis. alius
omnium frigidissimus, alter calidissimus; Ubi enim scaturigines illorum
fontium quae a terrae superficie emergunt, sint adeo vicinae,
illorum tamen calores quo profundius terram ingrediuntur, eo magis
a se invicem digrediuntur poterit et ipsi aqua unius fontis per loca
ignibus scatentia, alterius vero per loca frigore algentia transire etc

Quaestio 2a Quae sit origo fontium ac fluminum? Ad mentem Cartesii Num 11us.
vel Ptolomaei, D: G de glob: terr: sect: 5. [illegible] origine fluminum
ac fontium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnes fontes
et flumina [illegible] resolutis nivibus partim si de [illegible] montium
magis loquamur, quae perpetua [illegible] nive. Colligitur
[illegible] eo quod scaturigines [illegible] anni tempore exarare
[illegible] uberrim [illegible] pluviae [illegible]
ista fontium origo [illegible] de aliis quae profundioris
terrae visceribus scaturiginem trahunt. neque de aliis qui per totum
annum constantes fluunt. Alter fluminum ac fontium ortus ex
aere vaporoso petitur. Enim obscuris montium cavernis
clausus vi frigoris ibi latitans in aquam convertitur haud secus,
ac vapores in alembicis condensantur et in aquam coeunt. Sed et hic
modus sufficit solum ad explicandam illam aquarum copiam, quae ex terra
scaturiunt; unde ortus petitur ex [illegible] quod ex mari, mare

origo fontium ac fluminum origo est, unde per subterraneos meatus egrediuntur, et in quod per suos constantes alveos, rursus ingrediuntur juxta illud Eccles: 1o omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat ad locum unde exeunt flumina, revertuntur ut iterum fluant. Quis hic fontium ac fluminum origo explicat continua aquarum succedentium copia; sed neque sufficit ad explicandam fontium scaturiginem in eminentis petris, altisque montibus; unde per quae etiam causa assignatur ex una parte maior gravitas aquarum salsarum ac crassiorum, ex altera parte gravitas aeris toti oceano incumbentis; Nam aqua marina est salis salnitri plena gravior est, quam aqua his salibus ac sordibus purgata et insuper ab incumbente aere compressa premitur quod ostenditur capite 5to, quo aqua ad celsissima montium cacumina tendit ac expellitur.

Articulus 3us
De
Meteoris igneis

Num: 12us. Meteora ignea sic vocantur, quae ex materia pingui viscosa ac sulphurea accensa oriuntur. Meteora ignea solent apparere alia in infima, alia in media, et alia in suprema aeris regione; quae in 1a seu infima aeris regione apparere solent, sunt sequentia nempe: Flamma seu fax, ignis fatuus, ignis lambens, Castor, Pollux, et Helena. quae in 2a seu media aeris regione spectanda se exhibent sunt sequentia: Draco volans, Capra saltans, Trabs, Lancea, Stella cadens, fulmen, fulgur, Tonitru. in 3ia et suprema aeris regione occurrunt Cometa.

Num: 13us. Quaeritur 1o quid sit flamma seu fax? R. Flamma seu fax est exhalatio ignea longe lateque expansa eo fere modo quo flamma expanditur, cum scintillae in agris accenduntur; hac aliquando est tam crassa ut igne sui parte calidi ardere videatur.

Quaero quid sit ignis fatuus. R. ignis fatuus est exhalatio quaedam — Num ignis.
fatui quaedam huc illuc discurrentis speciem referens, dictus
phaenomenon fatuus dicitur, quia fatuis instar huc illucque vagatur. Differt
ignis fatuus ab alijs meteoris igneis maxime ex eo, quod non in
superioribus aëris regionibus, sed terrae proximis appareant, praecipue
vero in locis paludosis, aut in Coemeterijs, et patibulis,
quod haec et similia loca maiori in copia exhalant materiam
oleaginosam, pinguem et viscosam, quam cadavera putridique humores
abunde suppeditabant. Saepe ignes fatui fugientes, et fugiunt
insequentes, quod ob levitatem suam ad omnem aëris motum facile
propelluntur. Hinc illum fugiens una cum aere a tergo con-
currente secum abripit; illum vero insequens una cum aere ante
se propellit, idque tanto celerius, quanto quis concitatius
fugit aut insequitur. Ob quam causam etiam accedunt hi ignes viatores
ad flumina, quia rapidus fluminum cursus secum rapit aërem,
cui aliquando succedit aër, et cum hoc ignes fatui. Unde
et simplices putabant hos ignes fatuos esse ignea spectra vel
umbras igniformes aut animas ex purgatorio, quae in Coemeterijs
praecipue aut patibulis eiusmodi ignes fatui conspiciuntur.

Quaeres 2do quid sit ignis lambens. R. ignis lambens est exhalatio — Num ignis.
ignita aliquando praesertim equorum pilis, hominumque vestibus aut capillis
innocue adhaerens. Sic Alexandri Macedonis caput in ardore
praelij scintillasse, et equum Tiberij apud [illegible]
flammas evibrasse ferunt.

Quaero quid sint Castor, pollux et Helena. R. sunt nihil aliud quam — Num ignes.
exhalationes igneae in mari apparentes, navium malis et antennis
facile adhaerentes. Helena quidem est simplex et unicus ignis,
Castor et pollux vero duplex et divisus. Superstitiosa antiquitas
Helenam infaustam; pollucem vero et castorem fausta navigantibus
omina credebat, quia quando gemina illa faces prora, transtris
aut puppi insidebant.

Num 17mus. Quaestio: Quid sit Draco volans? R. Draco volans est exhalatio accensa, quae deorsum oblique cadit, tumente alvo, alis, capite, cauda figuram referens Draconis volantis, omine infausto morbos et pestilentias, quia aerem infectis exhalationibus putridis et pestilentibus infectum esse arguit.

Num 18vus. Quaestio: Quid sit Capra saltans? R. Capra saltans est exhalatio accensa in longitudine magis quam latitudine porrecta, et cuius variae capillamentae dispersae, a qua saepe lateraliter [illegible] facta jam motu inaequabili capra saltantis nomen dixit.

Num 19nus. Quaestio: Quid sit Trabs, pilanx, Lancea? R. Trabs est exhalatio accensa et in longum magis quam latum extensa, non discurrens, sed quasi immota haerens, et trabis figuram referens. Si inferne sit vastior et superne in acumen desinat, piramis dicitur, sin vero inferius sit gracilis et acuta, Lancea vocatur.

Num 20mus. Quaestio: Quid sit stella cadens? R. Stella cadens est exhalatio accensa et in modum [illegible] scindens ac stellae e caelo cadentis speciem intuentibus referens.

Num 21mus. Quaestio: Quid sit fulmen, fulgur? R. Fulmen est exhalatio sulphurea intra nubes accensa, magnoque impetu excussa. Triplex est fulmen, primum dicitur clarum et adurens, quod quae tangit vel afflando corrumpit, vel inflammando comburit. Est enim materia praecipue subtilior, [illegible] et facile inflammabilis. Secundum dicitur humidum vel terebrans seu penetrans, quod constat materia subtilissima ac sine violenta partium discissione angustissimos corporum poros facile penetrat. Tertium denique dicitur siccum et discutiens, quod solidiora corpora concutit ac discindit, nunquam flammis accendit, sed nigra solet imprimere nota. Materia fulminis est sulphur et nitrum, sulphur indicat odor faetorque sulphureus, nitrum prodit mirabilis ille impetus et fragor. Vulgo existimant materiam fulminis esse lapidem quem cerauniam appellant. Sed [illegible] quia saepe res [illegible] a fulmine absumuntur nullo relicto lapidis [illegible] vestigio, [illegible] fulmineum de nube dejici posse, [illegible] pulvis prius [illegible] cum pluviae primo, etiam globus generantis [illegible] meteorum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

medio in sola spirituali exhalatio accensa erumpit: sed quoque ab Cuneo
seu Lapis fulmineus ostendit. accensio fulminis [illegible] modo contingere
per antiperistasim sicut in Calce viva Calor ex colliguntur quae
per attritionem seu collisionem nubium, sicut e silice excutitur ignis
per solis radios, qui in nube velut in speculo caustico refringuntur,
melius fuerit a fulminante cælo excurrere in Campis, quam in angusto
concavi liberum aeri transitum concedere: quia fulmen sequitur
commotionem aëris, putant aliqui sub scalis tutum esse, Ergo
quia fulmen lignum [illegible] tortuositudinem, unde scalis illisa
vel facile penetrat. maior securitas videtur esse in profundis crypti[s]
subterraneis, quia fulmen [illegible] descendit ultra [illegible] pedes in terra
ut vult Omnib: Fulgur est serpens nec constans sive oblique
et varius splendor ex halitu accensa, fulmen saepe emicat absque
Tonitru sed crebro experimur tempore aestatis Cælo undique sereno
ad horizontem sub vesperum micare quaedam fulgura sine tonitru
eo quod exhalatio illa, quae est [illegible] accensionibus nubes [illegible] angusto
concreat, quoque vi erumpendo horrendum edat fragorem differt
fulgur a fulmine: quia fulgur non edit fragorem et serpit sed fulmen
e nube erumpit.

Quaer. 10 Quid sit Tonitru? R. Tonitru est vehemens sonus seu fragor Num: 11 ur.
ex violenta nubium vel aeris disfractione ortus. Si quaeras utrum fulgur
et Tonitru respective simul fiant. R. fieri simul, quod autem non [illegible]
[illegible] in eadem distantia luminis et successiva soni
fragoris.

Quaer. 11 Quid sit et quid portendant Cometae. R. De fine Cometae Num 12 ur.
[illegible] in physica part: Q: 4 D: 2 art: Nr 38. quid vero portendant
similiter modo [illegible] ut [illegible] qui putant eos clades [illegible]
terris [illegible] impune Cometas. Hinc omnino quantum [illegible],
Dubius Cometa in Cælo ferali fulgore conspicitur. ego quid de
Cometis sentiam paucis exponam. Dico igitur quod Cometae [illegible]
salubres mundo quia venenatos ac sulphureos halitus attrahunt,
qui postea absumuntur et aura per accensionem pestilenti [illegible] purgatur.

Dico 1o Cometas posse naturaliter portendere bella et seditiones,
defectiones populorum aut regnorum, praecipue ob dominis, quia bella, seditiones
ac defectiones populorum per operationem humanam, quae praecipue, pendet
omnium mixtorum, perficitur alios effectus liberos et innumeras consequentes
deliberationes a voluntate incredibili; hos effectus liberos etiam praecidens et
pendere a causis coelestibus ita ut prudens inde inde conjicere poterit
possit. Dico 2o Cometas posse portendere tristia rerum fata, et
luctuosa Monarcharum funera, ratio est 1a, quia plurimi fuisse
Cometae quibus decessus Monarcharum repentino fato sibi exclusit
aurans ipsa Monarcharum, post Cometam ruetium statim secutum
fuisse. Ratio est 2a, quia plures patetur Monarchae obierunt qui dum illa
tempore nocte tota in Coelo arserint, ita observatum est
nostris astrologus, morbos esse habentes in Europa praecipue reges
aegrotos, Imperatores, Summos pontifices, plures tandem nec
tam plures quam Dogmata duo ceciderunt post Cometa caelorum
a regum etiam per Deg. sibi potuit ferales tempore accendere faces
in signum futurorum Divini et peccatores salubri horore
perniciosi a sceleribus suis converterentur et vivant. Sic ante tristem
Hierosolyma excidium per annum solidum sanguineus Cometa ferali
crine ruetium cum vicinitatem futurum. Dico 3o Cometas
per se naturaliter sequi posse famem et sterilitatem quod quando
Cometa ingens halituum copia ex agris ipsis dum ascendit,
arescit, et famam parturit. 2o morbos et pestem, quando
pestis est radius ipsaque Solis dum per aliquem Cometam abstrahunt
penitus, sed hoc tempore et exhalationes per aeras resolvuntur,
quibus aer et spiritus facile possit infici variisque morbis creari.

Articulus 4us
De
Meteoris Terreis.

Numerus 1us. Inter meteora terrea nihil aliud considerare digniorem quam
terrae motus de hoc igitur

Quaer. 30. Quae sit causa terrae motuum. R. Aliqui causam terrae motuum Num. 25us
assignant spiritus seu ventus subterraneos. Tales enim spiritus et
mobiles sunt et maxime motivi. recentiores huic sententiae hoc
addito [illegible] dicant paulo aliter. dicunt scilicet de causis, quod terrae motus originem
sumat ab ignibus subterraneis, qui materiam rarefaciunt, et inflammant
vaporis vehementer rarefaciunt et accensam materiam ita rarefactam
et inflammatam spiritum accensum appellant. Quod porro hic spiritus accensus
sit causa genuina terrae motuum. Probatur [illegible] habitum sulphureum
copiam, quae ante et post terrae concussionem ex speciebus [illegible]
patre de Benedictis ante illum horribilem terrae motum qui
circa annum 1696 Neapoli contigit, e puteis determinis sulphureis
odor exhalavit, paulo post visa est ubique immensis exhalationibus
rubicundis longum extensa series. Quorum memoratus auctor
nihil aliud credebat esse, quam materiam sulphuream terrae inflammatam
reliquias. Probatur 2o ex eo, quod terrae motus saepe frequentius non
contingant nisi ubi sulphuris, nitri aut bituminis vis ingens
est, ut prae aliis Europae regionibus experitur Campania in Italia.
Probatur 3o ex experientia a cuniculis bellicis petita. Si enim in
terram exstat pulveris conclusa vis simul accenditur, ingentes turres,
ac propugnacula momento in auras evehuntur, et hinc recte colligunt
[illegible] terrae motus non posse adscribi solis ventis intra terram
simul conclusis, sed potius aliam accedat debere, sulphurea scilicet
et nitrosa, quae ab ignibus subterraneis inflametur. Ostenditur haec opinio
ex eo, quod sic facile explicentur species atque effectus motuum
terrestrium. Si enim materia ista accenditur, et vis flammae tota
simul exerat in partem terrae sibi incumbentem, et hanc e centro
instar arietis [illegible] succussibus [illegible] ac [illegible] aliquid, quem Seneca
succussionem appellat. Si vero materia ista accenditur, ut vis flammae
non tota simul exeratur in partem terrae sibi incumbentem,
sed post in latera diffusa [illegible] fluctuantis [illegible], quem alii
[illegible]. Seneca inclinationem appellat. Quod effectus terrae motuum
[illegible] etiam sic satis congrue in hac sententia explicantur [illegible]
[illegible] ad quod spiritus accensus [illegible] partes [illegible]
[illegible] [illegible] tellus. et urbes
[illegible] absorbentur, quod accidit urbi Arcemosa [illegible]

à lateribus, quæ prius cavernis incumbentes compage sua deorsum
ruunt, eo modo, quo arena venter eius mole superincumbente
subsidunt. Sic insulæ et urbes de novo quandoque merguntur,
sic nempe terra in altum evehitur et veluti in tumore crescit.
Sic fit aqua calente in frigidam et vice versa, ac obstructo
in terra cavernis et clauso meatu, quo aquam ignem et calorem
recipiebant, flumina arescunt, et nova sic emergunt,
sic vadosa alluunt aut aperiunt calores, quorum aquas se
insinuant, ignes etiam intendi cernuntur, respirandi sic fas,
[illegible] suadent, innumera quoque spiritu aërem [illegible]
salubritate hominibus atque frugibus noxia.

Num. 2 bus. Quæstio 2da Quænam sint terræ motuum signa prognostica. R. Ut pauca
a variis recensita inter hæc certiora videntur sequentia, 1o quod sulphureis
halitus à puteis emanant, et aquas aut aërem turbant. Hinc ante
eximium illud terræ motum puteis habere autor est Plinius. 2o quod aqua
marina fluminum et puteorum regente et præter morem spumabat
ebullit absque vento. Hic enim motus provenit à spiritibus nitrosis [illegible]
notatum ante horrendum terræ motum, qui 1690 [illegible]
[illegible], quo tempore [illegible] toto turbidus ac [illegible] fluxit,
[illegible] accidisse aiunt in Tyroli anno 1670 ante horrendum illum
et prope continuum terræ motum, antequam aquas [illegible] in
motum [illegible] et [illegible]
[illegible] et viri eo horrore [illegible]. 3o quod [illegible] audiunt
[illegible] 4o [illegible]
[illegible] terræ motum [illegible] quod aer et maria [illegible]
et [illegible] gaudent tranquillitate. Sic refert Seneca ante
horrendum illum terræ motum, qui [illegible] tota [illegible]
Campaniam majore solito aëris serenitate ventorumque silentio
præcessisse.

Num. 2 qus. Quæstio 3tio Quanta sit durato terræ motuum [illegible] terræ
motus si vehemens fit ad 40 dies durare [illegible]
si vehemens [illegible] ad biennium et ultra extendi. [illegible] plura

quamvis & Diuturna temporum intervalla

Dices quae loca Terrae motibus potius sint obnoxia. Resp. 1o Loca cavernosa ac fungosa in quibus terra facile concutitur, uti in locis cavernosis et concavis, ubi aqua repente exhalationibus spiritibus et igneorum subterraneorum copia. 2. Loca mari vicina, quia ut aqua patet Mare quatenus ibique cavitates affluit [illegible] Hellespontus et Siciliae crebris illis terrae motibus concuti solent. 3o Loca montosa quae in illis cavernas [illegible] cavernas, quae spiritibus atque exhalationibus abundant, hujus montes sunt in Tyroli, ubi antea montes [illegible] et nimia aqua [illegible] conveniunt, atque montes sunt in helvetia [illegible] magna affinitate de montibus ignivomis, quia ab aqua Geographicis et Philologicis; quod plurima de montibus variis sub terris latent [illegible] brevitatis studio [illegible] Lectorem ad patrem [illegible] remittimus, qui de his in [illegible] agit. Num. 28us.

absolvimus 19 Julii 1730 hora [illegible] antemeridiana

Finis Physicae particularis Aristotelicae.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST